



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia**

**Tamburini, Tommaso**

**Lugduni, 1689**

Cap. XVII. De irregularitate ex defectu Natalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

ea Religione conversi illa ferte solent, tunc enim non defert, ut Clericus, sed ut Monachus, uti etiam, qui illum percutit, in excommunicationem incidit, non quia percutiat Clericum, sed quia Monachum. Plus aliquid addit Sanch. l. 7. conf. d. 59. sed non omittatur Tancr. 2. p. 7. q. mor. num. 25.

### §. III. Quis dispense in irregularitate ex Bigamia?

1. Minus recte non nemo putavit, posse quidem Summum Pontificem in reliquis generibus Bigamiae dispensare, non tamen in vera.

Minus, inquam, recte, siquidem in omnibus potest, quia omnes humano, seu Ecclesiastico iure sunt introductae. Legatur S. Th. in addit. 3. p. 2. q. 6. art. 5. & Val. 1. d. 7. q. 19. p. 3.

2. De Episcopo autem habet tria. Primò, Is non potest dispensare cum verè, vel interpretativè Bigamis (excipe, quod dicam n. 5.) ad ordines Sacros suscipiendos, similitudinariè (semper intellige ex rationabili causa, & in ordine ad oves suas.) Ratio est, quia posterius conceditur Episcopis in iure, C. Sanè Sacerd. de Cler. Coniug. C. Qui clerici, vel vocantes. Lege Sanch. l. 7. mar. d. 86. d. n. 10. Barbof. de pot. Epif. Alleg. 49 Sayr. de cens. l. 6. c. 6. n. 10. non vero illud prius.

3. Non ergo si qui postum prædictum Valentiam putantem, posse Episcopum cum Bigamis veris, vel interpretativis dispensare quoad usum Sacrorum Ordinum, non postum, inquam, quia refragantur iura, præsertim cap. Lector. diffinit. 34.

4. Secundo. Idem tamen Episcopus potest dispensare cum Bigamis cuiuscunque generis ad receptionem Ordinum Minorum, & ad eorundem usum. Ita colligo ex dicto cap. Lector. & habetur à Sanchez loc. cit. num. 11. Dian. p. 4. tr. 2. ref. 61. Sayr. loc. cit. cap. 6. num. 11. aliisque Scio autem ab aliquibus, ut Castrop. de cens. l. 6. p. 8. d. 18. Layman. lib. 1. tr. 5. p. 5. cap. 6. putari probabilibus, non posse, quoad receptionem, & concedi dumtaxat, quoad usum. Sed profecto satis est, sententiam nostram esse probabilem.

5. Tertiò. Idem Episcopus potest cum suis Bigamis dispensare in omni irregularitate, quæ proveniat ex delicto occulto. Ita colligitur ex universalis Decreto Tridentini, sess. 24. cap. 6. de Reform. per quod conceditur Episcopis potestas dispensandi in omni irregularitate, quæ provenit ex delicto occulto, præter homicidium voluntarium.

irregularitatem, de qua nobis est sermo, id est esse impedidos ad suscipiendos, exercendosque Ordines, atque ad acquirenda Ecclesiastica Beneficia, non vero in Ordine ad successiones in bonis temporalibus. Hæc constant ex iure, C. Ex lit. de filiis Presb. Lege etiam Sanch. l. 9. mar. d. 38. Gib. c. 3. q. 1. & Doctores passim.

3. Porro omnes illegitimos, sive naturales, sive spurios esse in iure, C. Quando d. 24. cap. 1. de filiis Presb. Lege Gloss. in cap. 3. de filiis Presbyter. Irregularis, atque adeo arcendos ab Ordinibus, eorumque usu, atque à Beneficiis, ac iurisdictione Ecclesiastica, nimis est tritum. Rationes congruentiæ fuere tris: Ordinis reverentia, Paterni criminis detestatio, & ut ab imitando patre filij detererentur.

### Illegitimitas ignota.

4. Si quis autem illegitimus ignarus impedimenti bona fide Ordines suscipiat, licet ob ignorantiam inculpabilem non peccet, illos suscipiendo, tenebitur tamen, ut primum de impedimento advertit, tum à susceptorum exercitio, tum ab aliis Ordinibus suscipiendis abstinere, donec dispensationem legitimè obtineat. Pia tamen Ecclesia illud voluit, ut Arg. C. Nisi cum prid. de Ren. huic dispensatio non negaretur.

Quod si cognoscens suum impedimentum suscipiat dictos Ordines mala fide: peccabit mortaliter, & pari modo abstinere à susceptis, & suscipiendis multo magis obligabitur.

5. Quæres. Is illegitimus sive suscipiens Ordines, sive iam susceptis utens mala fide, præter peccatum, inciditne in aliam irregularitatem, quasi proveniente ex violatione suæ irregularitatis, per quam prohibebatur ab ordinibus suscipiendis, & exercendis?

6. Respondeo cum Avil. de censur. p. 7. d. 3. dub. 11. concl. 2. Sayr. de cens. lib. 6. c. 10. n. 30. Bonac. de cens. disp. 7. q. 2. p. 3. n. 1. non incurrere aliam irregularitatem (quicquid aliqui satis pæci astrant in oppositum) quia irregularitas non est censura, ex cuius violatione oriri possit alia irregularitas, ut supra iterum me dixisse, memini.

Quare merito ex Rebuffo docent Il. cc. Sayrus, & Bonacina; illegitimus, qui celebravit v. g. ante dispensationem suæ illegitimitatis, satis esse, ne in posterum peccet, ut dispensetur solum in dicta illegitimitate, vel per subsequens matrimonium inter suum Patrem, Matremque eo modo, quo mox dicemus, evadat legitimus, nec enim opus habet dispensatione circa irregularitatem ortam ex tali celebratione, cum per dictam celebrationem nullam contraxerit irregularitatem.

### Illegitimitas probabilis.

7. Qui ita habet probabiles rationes, imò, & probabiliore, se esse illegitimum, ut tamen habeat similes rationes probabiles, se esse legitimum ex doctrina universalis alibi data, poterit sequi probabiles hæc rationes sibi faventes, nec se, ut irregularem reputare, nisi fortè tanta sit probabilitas contraria, ut obsecuet probabilitatem legitimitatis, iuxta dicta c. 5. §. unic. n. 33.

### Illegitimitas dubia.

8. Qui se illegitimum esse, negativè dubitat, debere adhibere diligentiam moralem ad indagandam veritatem, antequam suscipiat, vel exerceat ordines ex doctrina communi scimus omnes, & ante adhibitam eiusmodi diligentiam debere se, ut irregularem tenere, omnes item scimus; qui enim non vult de veritate cognoscere, ex dolo se agere, nimis clarè demonstrat.

9. Solum igitur questio esse potest. Primò, an dum querit sine fraude veritatem, possit exercere suos ordines quos fortè habet, quasi utens illis, quos bona fide, ut supponimus, suscipit, & nunc possidet.

Secundò,

## CAPUT XVII.

### De Irregularitate ex defectu Natalium.

#### §. I. Illegitimi sunt irregulares.

1. Lli hoc defectu Natalium laborant, qui sunt illegitimi. Horum autem duplex est classis, quantum ad nos pertinet. Alij enim sunt nati ex Parentibus, inter quos potest legitimum intercedere matrimonium, puta, utriusque solutus, atque hi appellantur filij naturales. Alij vero qui vocantur spurij, sunt ij, inter quorum Parentes non potest matrimonium legitimum intercedere, quales sunt illi, qui laborant aliquo impedimento matrimonii dirimente.

2. Ad hanc posteriorem Classem spectant nati ex coniugibus, quorum alter, vel uterque post consummatum matrimonium de consensu alterius emisit solemne Votum Castitatis in Religione, vel de pari consensu Ordinem Sacrum suscepit. Votum (dixi) solemne, nam, si uterque, vel alteruter emisit simplex Castitatis Votum, eorum filius legitimus est. Non est autem inutile notare, hos filios ex prædictis coniugibus, sive Profecis, sive Ordinatis in Sacris, solum esse illegitimos quoad

Secundò. Quid post adhibitas diligencias morales, per quas non potuit suam dubitationem expellere: potuerint, ut legitimum, atque adeo irregularitate carentem se gerere?

10. Ad hoc postcrius Respondeo, affirmativè, cum Azor. *part. 1. lib. 2. cap. 19. quæst. 7. Dina part. 4. tr. 2. ref. 59.* Coninch. *de Sacr. d. 18. dub. 12.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 54. num. 20.* Merolla *1. d. 3. c. 3. num. 258.* quia, ut supra vidimus, solum in facto homicidii debet quis in dubio se Irregularitatem tenere, non vero in aliis materiis. Vide, quæ dixi *lib. 1. in Decalog. cap. 3. §. 7. V. Legitimus.*

11. Ad illud prius, testibus Vasq. Covar. Tolet. quos citat, sequiturque G. Hurt. *de irreg. d. 2. diff. 17. n. 56.* Regin. *lib. 20. tr. 2. c. 78.* communis opinio tenet, se, dum de veritate querit debere, ut illegitimum, atque adeo, ut irregularitatem tenere, quia posset occurrere, quod inveniat, se verè illegitimum, atque adeo irregularitate affectum, celebrare. Verum ego legentibus considerandam offero doctrinam Caramuelis, *lib. 2. Theol. Moral. à num. 142 §. quæst. lib. 1. in Decalog. c. 3. §. 7. V. Matr. n. 4.* attuli, dicentis: conjuges bona fide tales, superveniente dubio de impedimento dirimente, interim, dum veritatem exquirunt, non privari facultate, quam bona fide possident, donec moraliter certò constet de impedimento. Videat ergo Lector, an id etiam in casu nostro affirmare possimus, quod idem cogitandum indicavi supra universaliter *c. 3. §. unic. n. 27.*

#### §. II. Qua ratione Dubitatio de illegitimo Natali removeatur.

1. **Q**ui natus est ex conjugata, præsumitur legitimus, nisi contrarium clare appareat, siquidem possidet tunc, esse filium ex matrimonio, is enim in Jure. *Quia Mater, ff. de in jus voc. filius est, quem nuptiæ demonstrant, & in dubiis, ut notat Menoch. de arbit. casu 89. n. 40. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 53. n. 3.* Mascard. *de prob. conf. 788.* Merolla *1. d. 3. c. 3. n. 274.* aliique, semper præsumitur id, quod honestum est.

2. Rursus natus ex conjugata, cujus matrimonium sit invalidum ob aliquod impedimentum, sed tamen, vel uterque, vel etiam solus unus ex conjugibus inierit bona fide matrimonium, natus, inquam, ex tali conjugata filius, est legitimus, *C. Ex tenore qui filii sint legit. C. Cum inter C. Prælatum, C. quod nobis eod.* Latè Sanch. *lib. 8. de matr. d. 34. à n. 46.* quia ob bonam fidem, saltem unius ex Parentibus, Ecclesia, quasi venerando faciem illam externam matrimonii, noluit filios ex eo natos reputare illegitimos.

3. Idque verum etiam, pendente lite de validitate matrimonii, & dum parentes, præcepto judicis, essent interim separati, & etiam si postea illud matrimonium declaratur fuisse invalidum. Ita Jura, *C. Ex tenore qui filii sint legit. & DD. ut Sanch. loc. cit.* Giurba *ad consuetud. Mess. 1. c. 1. Gloss. 4. n. 61.* Maiolus *de success. leg. p. 1. q. 7.* Campan. *in divers. dub. 11. c. 13. à n. 140.* At tamen, sicuti hic reputatur filius legitimus, sic Parens reputandus sit legitimus Parens, ita, ut v. g. ejusmodi filio succedat, &c. negat Sanchez *loc. quem lege.*

4. His tanquam certis præhabitis, tria sunt ad Natalium veritatem expiscandam diligenter expendenda. Primò, Rumor, seu fama. Secundò, Testimonium Parentum. Tertiò, Tempus Nativitatis filii.

#### Rumor, seu Fama.

##### Vbi.

#### De Expositis, Remissivè.

5. Si, cum sis filius conjugatæ, adsit Fama contra tua Natalia, legitimum te pronuntio, nisi aliud addatur. Ratio est, quia Rumor, & Fama nihil probant contra ju-

stum possessorem, nisi aliis administratis adjutoribus, tu nunc possides, esse filium ex nuptiis, atque adeo esse legitimum. Si verò ignorentur tui parentes, vel ex his alter, vel sis expositus, tunc majorem vim contra te habet fama, sed tamen non tollit omnino dubium contra te sola, donec aliæ fortiores superveniant conjecturæ.

De Expositis, si quid scire amplius cupis. Legisti nostri *Dec. c. 3. §. 7. V. Legitimus.*

#### Testimonium Parentum.

6. Non teneris fidem habere, teste Hentio, *lib. 3. c. 1. num. 10.* Sayr. *de cens. lib. 6. c. 10. n. 37.* Ver. Quarta l. Joann. Præp. *de irregul. q. 5. dub. 16. n. 12.* Marti. affirmati, te esse illegitimum, etiam si morti proxima iuraveris, neque teneris habere fidem utrique parenti. Ita Alvar. in *C. per tuas, n. 4. de prob. ubi Glossa V. judic. & per Azor. in manu. de irreg. d. 2. p. 2. c. 6. num. 11.* ubi respondetur ad *c. Transmissa qui filii sint legit. allatum contra nos à Sanch. mox citando, si idem asserant quicquid dicant Sanch. *cens. d. 50. §. 4. num. 7.* & Filiuc. *tr. 19. n. 144. §. 141.* nisi asserantur aliæ conjecturæ, probationesque, quæ essent, si mater probaret, vel tu scires, eam contra veritatem esse cum adultero, & Maritum graviter elio habuisse, vel, si pater ostendat, tempore, quo tu filium conceptus fuisti, se longè à Patria abfuisse, vel similia. Ratio datæ doctrinæ est, quia cum his administratis contra moraliter redditur tui natalis macula, at sine his super prævalere possit legitiui matrimonii, atque adeo tua pura nativitas.*

7. Matrem eo tempore, quo conceptus, admisisse præter suum virum, etiam hominem alium, vel filium facit colore, corporis gestu esse valde similem adultero, & ejusmodi judicibus, quæ falsa esse possunt, non faciunt moralem de tua illegitimitate certitudinem. Vide hac loci disputata apud DD. Castrop. *1. d. 4. n. 1. Sanch. à Conf. l. 4. c. 2. d. 1. & 2.* Santarellus *lib. 1. Variar. quest. 4. Verrie. tr. 3. q. mor. 45. & tr. 3. q. mor. 30. in n. 1. Dec. 1. c. 1. §. 7. V. filius.*

8. Quid autem erit in sequenti casu? Ego claresco, gnosco, inter meum patrem, matremque interuenit impedimentum dirimens, at ignoro, an bona fide contraxerint, si id enim scirem, jam essem legitimus, ut modo dictum est. At, quia hoc ignoro, & via nulla daret veritatem expiscandi, inquit, an me legitimum esse potare possim?

9. Respondeo, cum Suar. *loc. cit. §. 4. n. 10.* Azor. *de cens. p. 7. diff. 3. dub. 10.* Bonac. *de cens. d. 7. q. 3. p. 4. apud quia nemo debet præsumere delictum ab alio fuisse commissum, idemque, ut probabilius puto, cum Bonac. loc. cit. G. Hurt. *dub. 2. de irreg. diff. 14. num. 56.* Peyra. *de irregulari Præp. 1. 2. quæst. 2. c. 89. num. 106.* Coninch. *de Sac. disp. 18. dub. 12. num. 103.* Dian. *p. 4. tr. 2. ref. 59.* cum Suar. *loc. cit.* si unus tantum fateatur se mala fide contraxisse, sufficit enim tibi præsumere bonam fidem altero.*

10. Sed quid, si uterque malam fidem fateatur? Respondeo, te debere illegitimum reputare, quia nunc ex una parte possidet impedimentum, atque adeo non est casus modo n. 5. dictus, quando certum erat, esse filium ex legitimis nuptiis, & ex alia parte, bona vel mala fides est difficilis probationis, nec aliter fieri potest, nisi ab operantium dicto: Si ergo ipsi parentes dicant, ipsis in hoc erit credendum. Ita philosophus Prates *loc. cit. num. 12.*

#### Tempus nativitatis filii.

11. Si mulier filium pariat decimo, vel undecimo, post viri mortem, mense, præsumitur filius legitimus, immò, & talis viri filius, si nequeat supponi, nisi ex novis nuptiis legitimis esse, vel ex aliqua illicita copula fuisse natum. Ratio est, quia ex Aristotele de Nat.

*animalium* l. 7. c. 4. Hippocr. lib. de septimo, & octonemstri partu. Valef. 2. epist. fed. 3. comm. 25. Mérol. lib. 1. d. 3. cap. 3. n. 376. toto illo tempore mulieres uterum gerere contingit.

12. Simili ratione, si meretrix nupit, & filium pariat septimo à nuptiis mense, natus reputatur, in favorem matrimonii, legitimus, nisi clara probatio sit in oppositum, quia ex medicis, & experientia, etiam septem menses apti sunt, ad integrum partum efficiendum.

§. III. *Qua ratione cessat illegitimitas, & consequenter hac irregularitas.*

1. **C**essat primò, per subsequens matrimonium legitime contractum inter Parentes. Secundò, an per professionem in aliqua Religione. Tertiò, an ex concessione Principis potentis legitimare? De singulis separatim.

*De legitimo per subsequens matrimonium.*

2. Natus es v. g. ex Berta, & Antonio solutis, nec ullo impedimento dirimenti alligatis quare tu es eorum filius naturalis. Ii deinde, puta post tuam nativitatem, legitimo matrimonio copulantur. Dico, te statim evadere verè, & propriè, & in omni rigore legitimum, etiam si dictum inter ipsos matrimonium fuerit post multos, & multos annos celebratum, & consequenter, dico, te aptum reddi ad Ordines, & ad beneficia etiam curata, etiam Episcopatus, atque ad successiones temporales; uno verbo, ad omnia, æquè, ac quilibet ab initio legitimus, sine necessitate petendi dispensationem, seu licentiam quamlibet à Summo Pontifice, vel ab Episcopo. Excipe tamen Cardinalatum, ob peculiarem constitutionem Sixti V. postquam Anno 1595. absolute volens, ne legitimatio per subsequens matrimonium se extendat ad reddendum hominem habilem ad Sacram Purpuram.

3. Hæc doctrina certa est, Ex C. tanta qui filii sint legit. & ex l. cum quis, C. de natural. liberis. Covarr. de Spons. p. 2. c. 8. §. 2. d. n. 21. Maiol. tr. 2. d. 172. & passim Doct. citat. à Barb. in Collect. addit. C. tanta, quando, inter tuam nativitatem, & eorum Matrimonium, nullum aliud Matrimonium interfit. Sed quid, si intervenerint alie nuptiæ? Eadem v. g. Berta, ex illicita familiaritate cum eodem Antonio, suscepit filium nomine Cæsarem, postea nupit Petro, quo Petro mortuo, nupit per secundas legitimas nuptias prædicto Antonio, evaditne legitimus Cæsar.

4. Respondeo cum Azor. p. 2. l. 10. c. 4. num. 5. Sayr. de Censur. l. 6. cap. 10. num. 19. Coninch. de Sacram. d. 18. dub. 13. num. 105. Pont. de matrim. l. 1. c. 1. num. 15. aliisque evadere legitimum, quia iam matrimonium hoc legitimum est, atque in nullo impeditur à nuptiis interdictis. Et nota, cum Sayr. l. c. num. 22. Covarr. l. c. num. 10. Maiol. de irregul. l. 1. c. 5. num. 9. tum pro hoc, tum pro antecedenti casu, satis esse, si matrimonium subsecutum sit, tantummodo ratum, quamvis nondum sit consummatum.

5. Petes, Si dictus Cæsar beneficium Ecclesiasticum, & Ordines accipit antequam Berta, & Antonius matrimonio copulentur, validene, & licite beneficium retinere poterit, subsecuto inter dictos suos Parentes matrimonio, & licetene poterit Ordinum usum exhibere.

6. Respondeo. Dividenda est petitio. Nam, quoad beneficium, qui sustinent irregularem invalide recipere beneficia, consequenter docere debent, invalide, & illicite ipsum ea retinere, etiam subsecuto matrimonio. Ratio est, quia actus semel invalidus per solam remotionem impedimenti, vel supervenientem habilitatem non validatur. Cum ergo hi teneant, invalide ab illegitimo, hoc est ab irregulari, acceptum fuisse beneficium, consequenter tenere debent, non posse revalidari

per supervenientem habilitatem legitimatatis, quam acquirit à subsequente matrimonio.

At quia non putamus supra, cum Præp. 3. p. 9. 1. de irreg. d. 3. num. 18. al. sique validam esse, quamvis illicitam eiusmodi receptionem, ideo consequenter hic concedimus, à superveniente matrimonio illam corroborari ita, ut licite incipiat possideri beneficium. Retentio enim beneficii in nostra sententia erat illicita solum ob impedimentum irregularitatis; hæc ergo subacta, non remanebit illicita. De fructibus beneficii antea perceptis, lege citatos.

7. Quoad Ordines, dico, cum Sayr. l. c. n. 30. Regin. l. 3. tr. 2. c. 2. n. 72. Dian. p. 4. tract. 2. ref. 59. posse prædictum Cæsarem eos, quamvis Sacros (quicquid alii sentiant) licite exercere, subsecuto inter eius parentes matrimonio, & ad alios ascendere. Ratio est eadem, quia eiusmodi actus solum erant illiciti ob impedimentum irregularitatis, quo per illegitimitatem Cæsar laborabat, à qua iam nunc est perf. & liberatus.

Hæc non admodum sunt controversa. Illa duo controuertuntur inter Doctores difficilius, alterum in matrimonio putativo, alterum in filio spurio.

*An fiat legitima proles ex matrimonio putativo.*

8. Si v. g. Berta, & Antonius dirimenti impedimento affecti, copularentur matrimonio sine dispensatione, idque bona fide, utpote ejusmodi impedimentum inculpate nescientes, dubitatur, an matrimonium solum putativum legitimum sit idoneum, ad reddendum legitimum Cæsarem eorum filium subsecuto ante dictum matrimonium? Ratio affirmandi esse potest, quia, ut supra vidimus, propter bonam fidem Parentum, proles, quæ subsequitur Matrimonium bona fide subsecutum legitima est, ergo etiam videtur legitima esse proles, quæ antecessit. Et quidem propter dictam rationem, ita sustinet Basilus. Pont. de matr. l. 1. c. 1. n. 13. favèrque Bonfè, de Cens. d. 7. §. 2. p. 3. n. 6 V. Addunt.

9. Respondeo. Et prius moneo duplici modo prædictum casum evenire potuisse. Primò, si Berta, & Antonius erant habiles ad matrimonium inter se celebrandum, quando conceptus, vel natus est filius, sed deinde supervenit impedimentum, propter copulam v. g. quam habuit Antonius cum sorore Berta, ex qua dictus Antonius, dictaque Berta facti sunt inhabiles, ad nuptias inter se celebrandas; celebraverunt tamen cum inculpabili utriusque, vel alterius ignorantia: atque in hoc casu Cæsar filius non fuit spurius, sed naturalis. Secundò, evenire potuit, si Berta, & Antonius erant inhabiles ad dictum Matrimonium eodem dicto tempore, quo natus, vel conceptus est Cæsar, quia v. g. erant consanguinei infra quartum gradum, & id inculpate nescientes, Matrimonium in facie Ecclesiæ contraxerunt, atque in hoc casu filius susceptus fuit verè spurius.

10. Hoc monito, dico, tum in priore, tum multò magis in posteriore casu Cæsarem filium nequaquam evadere legitimum. Ita Mol. tr. 2. d. 172. Suar. de Cens. d. 50. fed. 1. num. 11. Ratio est, quia hæc prærogativa reddendi legitimum filium, datur Matrimonio, Tanta est (ait Textus cap. tanta, Qui filii sint legitimi, vis matrimonii. At prædictum Matrimonium putativum, Matrimonium non est. Rationi dubitandi facile occorro: Nam, quod Matrimonium bona fide putativum legitime filios post ejusmodi Matrimonium susceptos, expressè habet in Textu, sed non est expressum, quod simile Matrimonium bona fide putativum legitime filios susceptos ante dictum Matrimonium, & multò minus filios verè spurios, ex quibus est in secundo casu Cæsar.

*An aliquando spurius legitime per subsequens Matrimonium.*

11. Casum figuremus claritatis gratia, Berta, & Antonius consanguinei per illicitam copulam suscipiunt Cæsarem

farem filium spiritum, deinde dispensationem obtinent, unde legitimum incunt Matrimonium. Quæro, an Cæsar fiat legitimus? Figura eundem casum hoc alio modo. Berta uxor Petri, & Antonius maritus Catharinæ per copulam adulterinam suscipiunt eundem Cæsarem filium utique spiritum. Postea mortuis Petro, & Catharina, unde remanentibus Berta, & Antonio solutis, celebrant fidem inter se secundas nuptias, & inquirunt à me, an Cæsar legitimitatem acquirat.

12. Aliqui absolute negant, alij concedunt: sed nisi distinguas, vel errabis, vel solidam tui dicti rationem afferre non poteris. Maxime enim sunt distinguenda duo tempora; vel enim prædictus Cæsar in utraque figuratone casus, & fuit conceptus, & fuit natus eo tempore, quo inter Bertam, & Antonium intercedere nequibat legitimum Matrimonium, vel quavis fuerit conceptus dicto tempore inhabili; natus est tamen tempore, quo iam fuit sive per dispensationem, sive per mortem Petri, & Catharinæ ablatum impedimentum.

13. Hac distinctione præhabita, Dico primò, in priore dictæ distinctionis casu Cæsarem non fieri legitimum. Ratio est, quia, dum conceptus fuit, & natus ex Parentibus actu inhabilibus ad matrimonium, iam contraxit labem damnati sanguinis, nec ullum privilegium illam maculam purgandi unquam à iure concessum est.

14. Dico Secundo, in posteriore eiusdem distinctionis casu Cæsarem fieri legitimum. Ita Molina, tom. 2. d. 172. n. 4. Sanch. l. 8. matr. d. 7. n. 19. & d. 4. n. 47. Merolla tom. 2. d. 4. c. 6. n. 128. Diana, p. 4. tr. 2. r. 59. V. Nota 2. aliaque. Ratio est, quia adest privilegium, seu ius, quod concedit per subsequens Matrimonium proli legitimitatem; quando proles, vel concipitur, vel nascitur tempore, quo Parentes erant habiles ad legitimas nuptias. Sed iam nunc Cæsar, si non conceptus est, tamen est natus dicto habili tempore; ergo, &c.

15. Favet dictæ doctrinæ Imperator, qui *Authent.* quibus modis natus efficitur §. reliqui in fine collat. 7. sic habet.

*Cum dubitatur, utrum oporteat conceptus, an partus respici tempus, sancimus, ut non tempus conceptus, sed partus conspiciatur propter filiorum utilitatem. Si vero contingerit tales aliquas circumstantias casuum excogitari, in quibus est utilis conceptionis tempus illud valere magis præcipimus, quod utilis sit nascendi.*

Audisti? Certè in nostro casu utilis est Cæsar in spectro temporis sui partus, quam conceptionis.

16. Verum Pontius de matr. l. 1. c. 2. n. 4. Suar. de cens. d. 50. sect. 1. n. 3. G. Hurt. d. 2. irreg. diff. 16. n. 56. Coninch. de Sac. d. 18. dub. 3. n. 105. alique qui nostram, & Molinæ sententiam impugnant, afferunt duos Textus contra nos alterum ex Iure Civili, quod certè attente consideranti nullo modo agit de casu nostro, alterum ex Iure Canonico, quem, quia indiget aliqua explicatione, hic rescribo.

*Si autem vir (ait Sacer textus) Antea qui filij sunt legitimi, vivente uxore sua, aliam cognoverit, & ex ea prolem susceperit, licet post mortem uxoris eandem duxerit; nihilominus spurius erit filius.*

Hunc textum pro se stare dicit Pontius, sed immerito, nam hic loquitur Pontifex de casu prioris partis nostræ distinctionis dumtaxat, quando scilicet filius, & conceptus, & natus fuit tempore illo inhabili. Patet, id enim clarè significant illa Sacri Textus verba (*ex ea prolem susceperit*) suscipere enim prolem, si grammaticè loqui & intelligere, ut oportet, velimus, non est conceptam solum prolem habere, sed insuper natam. Invet hic Latinitatis te non esse ignarum, & Nizolijum V. susceptus sine, id adnotantem relegere.

17. Adhuc restat casus prædictis affinis. Quid enim si impedimentum cesset medio tempore? Enodamus planius; Berta ex Antonio consanguineo concepit per incestum; mox antequam Berta pareret, facti iidem sunt

habiles ad legitimum matrimonium per dispensationem. Verum ante ipsam partum tempus, ante est novum inter eosdem impedimentum duntaxat, quia Antonius cognovit Catharinam solum hunc, quo impedimento nondum per dispensationem ablatum acquirat legitimitatem, si ostensa sit dispensatione huius secundum impedimenti, validum incant Matrimonium Berta, & Antonias.

18. Respondeo. Acquirere mihi videtur, & Pontius l. 1. matr. c. 3. §. 2. quavis enim id expresse non legitur in iure, ex illo tamen colligitur: videtur enim idem privilegium, quod conceditur filio eligendi tempus, præter conceptionis, sive sui natalis, sic habet, quod filius, si videtur, inquam, eidem concedi etiam privilegium eligendi medium tempus, quo gestatur in utero prædictus filius Berta, & Antonij medio illo tempore, quo porrabatur in utero fuit filius Parentum habili ad legitimum Matrimonium; ergo hoc egerit potius filius, ut gaudeat privilegio sibi utili acquiritur legitimum natalem ex subsequenti legitimo matrimonio inter parentes suos inito.

Idem colligitur ex Iure Civili institui de ingenuis. Quocumque tempore (ait Imperator) contigerit matrem liberam, sive conceptionis, sive natalitatis, sive concepti tempore, proles nascitur libera.

19. Quoniam ergo (ut ibidem habet Orationem ibidem n. 3.) in iure non minus curæ habetur de favore matrimonij, quam libertatis, ideo pari modo, si medio illo tempore fuerint Berta, & Antonius apti ad Matrimonium, filius acquiritur, esse filium naturalem, et adeo per subsequens Matrimonium acquirit, esse legitimum.

#### §. IV. De legitimo per Presbyterum Religiosum.

1. Tanquam fundamentum eorum, quæ sunt dicta præ oculis hic habet Textum, in quo præfationi religiosæ in religionis favorem, & ut ad aliam libes allicentur, hoc privilegium purificandi annu conceditur: quod licet à Sixto Quinto sublatum fuerit, fuit tamen à Gregorio XIV. restitutum, qui Sacri constitutionem ad terminos iuris communis potius reduxit.

Filij Presbyterorum (ait Textus, c. 1. de filiis Presbyterorum) ferè simile est c. 1. d. 36. & ceteri ex fornicatione nati ad Sacros Ordines, ne promoveantur, nisi ante Mortem fuerint, vel in congregatione Canonica regulariter habitantes: Prælationem vero nullatenus habeant.

Hæc Textus, cuius singulæ clausulæ sunt expendendæ.

Filij Presbyterorum, & ceteri ex fornicatione nati.

2. Ignoro igitur cur aliquot Anton Ross. de legem l. 3. sine, dixerint, solum filios naturales, non vero spiritus hoc privilegio gaudere. Ignoro, inquam, nam filij Presbyterorum spiritus sunt. Omnes igitur, cum Sacra Decal. l. 5. c. 5. num. 9. Castrop. tit. 3. r. 16. d. 2. p. 8. n. 1. aliisque, participes privilegij pronuntia, sive sint spiritus ex Presbyteris, sive ex adulteris, sive ex incestibus, &c. Jam enim hi sunt nati ex fornicatione, quæ continetur inter ceteras luxuriæ species, & sanè id continetur communis ratio pro omnibus, & favor Religioni prædictus.

Neque hilum te dimoveat sola expressio Presbyterorum, id enim factum est ob magnam utilitatem: eo Ecclesiæ peccantes Ministros suos merito prosequitur.

3. Ignoro rursus, cur apud Castro & Sanch. l. 1. c. 1. qui affirmant, ex vi huius privilegij tolli per præfationem religiosam omnium irregularitatem peccatis, excepta ea, quæ oriuntur ex Bigamia, & ex homicidio voluntario, ignoro inquam, nam manifestè solum loquitur de peccatis cum Castrop. l. c. citante Less. de eiusmodi huius peccatis defectum natalium de alijs ne verbum quidem. Vnde tamen quæ dicam c. 23. n. 7.

*Ad Sacros Ordines ne promoveantur, nisi, aut Monachi fiant, &c.*

4. Ex hac clausula affirmant nonnulli, ut Sayr, de cens. l. 6. c. 11. n. 3, illegitimum posse quidem post professionem Religiosam ad Sacros ordines promoveri, at, si forte in sæculo fuit sine dispensatione promotus ( utique cum peccato ) non posse exercere ordinem dictorum actus sine dispensatione pontificia, quæ verba Textus concedunt quidem monachis, posse promoveri, non vero eodem in sæculo jam promotos posse ordinem actus exercere.

5. Verum rejicienda est hæc limitatio, secundum Sanch. l. 5. in Dec. c. 5. n. 10. Laym. l. 4. tr. 5. c. 10. n. 4. quia id conceditur per professionem illegitimus, quod eisdem, seclusa hac concessione, denegabatur, at denegabatur, tum promoveri, tum promotum posse ministrare. Et quidem, dum Textus solum excipit, ne iis prælatura conferatur, tacite concedit omnia alia, cum exceptio finiet regulam in contrarium.

*Nisi, aut Monachi, vel in Congregatione Canonica regulariter viventes.*

6. Quoniam Monachus, seu Religiosus quis dici potest. Primo, per ingressum in Religionem per modum educationis, ut loquitur Rodriq. t. 1. q. 13. ar. 4. quo quis antequam incipiat annum Novitatus, animo ingrediendi commoratur in Monasterio. Secundo per ingressum in ipsum annum Novitatus. Tertio, per ingressum in ipsam Religionem per professionem solemnem & potest addi. Quarto, per ingressum in Societatem Iesu post biennium Novitatus, nuncupatis votis simplicibus, quæ licet non sint sollemnia, constituunt tamen ex peculiari Iure Societatis verum Religiosum. Quoniam, inquam, his quatuor modis potest quis dici Religiosus, inquirendum est hic, an per hos omnes ingressus acquirat illegitimus dictum Canonis beneficium puta imputari natalis purgationem.

7. Dico Primo, cum Suar. de cens. d. 50. sect. 5. n. 12. Sanch. l. 5. in Dec. c. 5. n. 12. Castrop. t. 3. tr. 16. d. 2. p. 8. n. 11. Gib. de irreg. d. 6. d. 3. n. 5. Non acquirit per primum, inquit, nec per secundum ingressum: quicquid dicat Rodriq. citatus, putans acquirere per utrumque: Ratio nostra evidens est, quia in hac Decretali, de cuius ut loquimur, & quam explicamus, conceditur hoc privilegium illis qui sunt Monachi: at per educationem, vel ingressum in Novitatum nemo vero monachus efficitur, sed per illa probatur, ut fiat Monachus. Et quando dicitur ( vel in Congregatione Canonica viventes ) satis explicatur ex aliis iuribus, locutionem esse de perpetuo ibi degentibus. Non recte igitur Summator præsentis decretalis sic eam inscripsit ( *Illegitimus non ordinatur, nisi, ut Religiosus fiat* ) sed melius sic inscripsit Abbas ( *Illegitimus non potest ordinari, nisi Religiosus fiat* ).

8. Dico Secundo, Acquirat illegitimus hoc Natalium beneficium per tertium, & per quartum ingressum. Per tertium certa res est, quia professioni solenni conceditur hoc privilegium. De quarto facile probatur, quia Greg. XIII. *Ascendente Domino*, & probant Sanch. l. c. n. 13. & Castrop. l. c. n. 11. definit cos, qui post biennium emittunt Vota, quamvis simplicia, in Societate, esse veros Religiosos. Vnde gaudent prorsus omnibus privilegiis, quibus alii professi gaudent.

*An legitimatio per Professionem acquiratur ipso facto?*

9. His adnectendæ sunt duæ celebres quæstiones. Prima, An professio Religiosa concedat ipso facto hoc privilegium, an insuper, præter ipsam professionem, requiratur ministerium superiorum, quali applicantium suis professis hanc legitimatorem, ita, ut, donec accedat ejusmodi concessio, non possit dictus professus ordinibus initiari?

Part III.

10. Respondeo. Bona venia P. Martini Prat. in *manusc. de Irreg. d. 2. p. 2. c. 8. n. 10. f. 143.* latè id, sed in efficaci, ter probans, sentio cum Sanch. loc. cit. & ipso facto per dictam professionem & per dicta vota biennii hoc privilegium concedi. Ratio mihi manifesta ducitur ex ipsis verbis allatæ Decretalis; Non promoveatur ( inquit ) nisi Monachi fiant: Ergo, si fiant Monachi, promoveri possunt. Cur ergo tu addis, expectandam esse aliam licentiam à tuis Superioribus concedendam?

11. Dices cum Prate l. c. n. 12. Summi Pontifices, tum aliquibus secundum Sixtum IV. *Prædic. & Min. Eug. 4. Congr. S. Iustine ap. Rodriq. t. 1. q. 13. ar. 6.* Religiosis, tum Societati secundum Paulum III. *licet Debit.* concesserunt peculiare privilegium, ut possint dispensare cum suis Professis in defectu Natalium; ergo supponitur necessaria ejusmodi dispensatio à Superioribus concedenda; si enim ex vi juris communis præsentis Decretalis, quam explicamus, concessa absolute Religiosis fuisset Natalium purgatio, cur fuisset privilegium ipsorum Superioribus concedendum?

12. Respondeo. Per privilegium allatæ Decretalis non tollitur adequatè defectus Natalium; Excipitur enim receptio Prælaturæ. Hæc ergo concessa est per novum privilegium à Summis Pontificibus. Adde, multa ejusmodi privilegia frequenter concedi, ad tollendos scrupulos, vel pro amplectentibus opinionem contrariam, ut à nobis notatum sæpe est in *opus. de Sac. Missæ l. 1. c. 2. §. 1. n. 11. ex Suar. de Euch. d. 8. l. sec. 23. V. Quarto addendum. Castrop. t. 2. tr. 7. d. 2. p. 4. n. 6. aliique.*

*An legitimatio per Religionem perseveret in Religioso ad sæculum forte revertente?*

13. Altera celebris, & certè utilissima quæstio hæc se offert illa, quam in præsentis titulo proposuimus, in qua certa sunt duo, tertium vero est controversum.

14. Certum est Primo, eum, qui ad sæculum redit ex eo capite, quod probaverit, suam professionem esse nullam, nullâ ratione hoc privilegio gaudere in sæculo posse. Patet, quia neque gavissus est in Religione, cum vere nullam professionem emisisset: Professio enim apparens, ( ut rectè advertit Lez. V. *Irregul. t. 1. Ref. 311.* non habet vim extinguendi Irregularitatem ex impotis Natalibus contractam. Immo non solum dictos illegitimos, sed quoscunque revertentes ad sæculum ex eo, quod nullam suam professionem probaverint, si fuerint ordinati in Religione ad titulum Paupertatis, esse suspensos, supra lib. 7. de Ord. c. 6. §. 3. n. 4. notavimus.

15. Certum est Secundo, eum, qui ad sæculum ejicitur, ita, ut remaneat ligatus votis Religiosis, sicuti ejici solent Incorrigibiles, hoc privilegio frui. Sicuti enim remanet in ipso sollemnis professio, ita effectus ipsius, nempe extinctio Irregularitatis in eodem remanere, necesse est. Adverte tamen, adesse Decretum 21. Sept. 1624. ap. Donatum de Regal. tr. 8. q. 7. & q. 35. n. 7. & 8. Sacre Congregationis, quo omnes electi à Religione, & extra illam degentes, sunt perpetuo suspensi ab Ordinum exercitio, nec Ordinari possint in hoc dispensare.

16. Controversum autem est, An Religiosus Societatis, qui post biennium emisit vota simplicia, quique, ut supra diximus, defectum Natalium per hæc vota purgavit, an, inquam, ut solutus, ut sit, ejus votis, dimittatur ad sæculum, amittat privilegium legitimati Natalis?

17. Respondeo. Non amittere, docet Sanch. l. 5. in Decal. c. 5. n. 14. & Barbosa, de Iure Eccl. l. c. 42. n. 192. quia ex una parte extincta fuit ejusmodi Irregularitas per illa vota, & ex alia, nullum vestigium in Iure est, quo probari possit, eam reviviscere, & iterum hominem illum commaculare.

Amittere docet Turrianus de Censur. d. 75. dub. 2. Hier. Rodr. de 76. n. 7. Diana p. 4. tr. 2. ref. 66. cum aliis, unde illud, nec posse suscipere Ordines, nec ministrare in susceptis, affirmat. Ratio est, inquit, quia privilegium hoc statui Religioso concessum est, ergo, eo cessante, & illud cessare oportebat. Neque mirum, si in mutatione

ratione status personæ, mutetur etiam personæ privilegium, sic enim V. dua, ac Pupillus, si illa Maritum, hic majorem ætatem acquirat, amittunt privilegia illis statutis competentia. Quod si dicas, novum id esse, ut semel data dispensatione de irregularitate, hæc iterum revertatur.

Respondet, ad novum hoc genus Votorum, per quæ efficitur quis vere Religiosus, & tamen dissolvi ea possunt, ex parte superiorum, debuisse novum genus dispensationis connecti juxta mentem Legislatoris concedentis eam statu Religioso, non vero ei, qui liber à prædicto statu recedit.

18. Hæc opinio posterior apparet mihi, & Gibalino de irregul. cap. 6. quest. 3. num. 6. probabilior; priorem tamen tutam, & probabiliorem esse, idem Gibalinus fatetur.

19. Denique alius casus excogitari, imò, & esse non difficulter posset, si Summus Pontifex Religioso Professo impurotum Natalium concederet ob bonum aliquod publicum, ut omnino à Votis liber reverteretur ad sæculum, An prædictum privilegium amitteret, ita, ut sine nova dispensatione non posset ministrare in ordinibus si quos haberet, vel eos recipere, si non haberet?

20. Respondeo. Non amittere, suadent rationes modo dictæ à Sanchez, & Barbosa. Adde dispensationem Pontificis, cum sit Summi Principis, atque in præsentia hæc sit ob bonum publicum concessa, videri ampliandam, atque adeo includere & hunc favorem, de quo loquimur.

Amittere suadent rationes modo dictæ Turriani. Adde, cum hæc sint duo privilegia, alterum redeundi ad sæculum, alterum suscipiendi ordines, vel ministrandi in illis, concessionem unius non inferre concessionem alterius. Vtrique ergo sententia mihi videtur non improbanda.

*Prelationem vero nullatenus habeant.*

21. Perplacet mihi consideratio Castropal. t. 3. tr. 16. d. 2. §. 8. num. 9. docentis, solam prælationem negari illegitimis ascitis in Religionem. Quare quæcumque alia officia, etiam Beneficia, nec simplicia solum, quod plures sponte concedunt, verum etiam, curata, quæ prælationem secum non afferunt, concedi illis sine alia dispensatione possunt. Ratio est, quia solam prælationem Sacer Textus excludit. Addit tamen Castropalaus duo. I. c. Primo, in praxi sequendam esse communem sententiam excludentem prædictos à Beneficio curam animarum habente. Secundo, ex hac legitimatione procedente à professione Religiosa, illegitimum non fieri aptum, ad succedendum bonis Paternis, quia nullibi id conceditur, adducitque Suarium, Covarr. Sanchez contra nonnullos, quos iidem citant.

22. Nomine autem Prælationis (utique S. iur. Sanch. Castropal. citati, sive extra, sive intra Religionem, quia nihil distinguit Textus) veniunt illa omnia officia, quæ adnexum habent jurisdictionis usum in subditos. Ejusmodi funguntur Abbas, Prior, Guardianus, Præpositus, Provincialis, Generalis. Quare prædictus illegitimus, qui professionem emisit, poterit esse procurator, præfectus alicujus ministerii, minister, Edictus, Magister purus Novitiorum, imò, & habere quodcumque munus, cui cura, & jurisdictio competat vi delegationis. Lege citatos. Non potest tamen esse Vicarius Generalis Episcopi, quia Vicarius est dignitas habens ordinariam jurisdictionem, ut ex Rodr. Sanch. & Barb. notat. Gib. de irreg. c. 6. §. 3. n. 9. fin.

23. At quid de munere Abbatissæ, seu priorissæ, quod certe est munus prælationis in jure, C. inderm. §. Sane de elec. in 6. ut notat Bar. l. 1. n. 43. C. de dignit. l. 12. & Dec. l. Fern. n. 8. ff. de jur.

Respondeo. Putant nonnulli, ut Rodr. t. 1. q. reg. 13. art. 21. Portella in dub. Reg. V. Abbat. Diana p. 4. tr. 2. ref. 101. illegitimam monalem posse sine dispensatione eligi in Abbatissam, seu Priorissam. Ratio est (inquiunt) quia in jure prohibente prælaturas illegitimis Religiosis nunquam fit mentio femininarum. At (sicuti habetur in

eodem jure C. Generali de elec. in 6. ad illas octo (quæ essent hoc) non extenduntur, nisi de iis expresse mencio fiat, ergo &c.

24. Confirmatur Primo, quia in metu Sixti Quinti ductus ad terminos juris communis à Gregorio XIV. n. 19. missis, ut creati Abbatissa possint.

25. Confirmatur Secundo, quia testatur Sella in selec. Can. c. 29. n. 24. decisum fuisse in una Cardineum anno 1581. illegitimam esse posse Abbatissam sine Pontifici Summi dispensatione.

26. Nihilominus judico cum Barb. in collat. cap. 1. de filiis Preb. Sayr. de cens. l. 6. c. 11. n. 3. sine Sanch. Fern. c. 4. n. 7. Sanch. in Decal. l. 5. c. 5. num. 19. Vbi, quid dicit Virg. Bigama. Castrop. t. 3. tr. 16. d. 2. §. 8. n. 11. & alios non posse. Ratio est, quia in monialibus militant eadem rationes, deest timor imitationis incontinentie Patrum, & esse indecorum, & periculosum, prædicti illegitimas, quæ rationes militantes in viris; quando autem eadem prorsus est ratio, etiam in odii, par esse, eandem resolutionem, fuisse probat Decius. Ex quibus patet argumentum prioris sententiæ.

27. Ad primam confirmationem clara est responsio. Cum enim ea Sixti V. constitutio sit jam revocata ad terminos juris communis; In jure autem communis replantur feminæ illegitimæ à prælaturis propter identitatem rationis cum viris, ut jam dictum est, sequitur nunc, illegitimas moniales non posse ad Abbatissam munus assumi. Adde evidens signum esse in jure repelli illegitimas ab hoc munere, quandoquidem, ut ille posset admitti, necesse fuit, ut Sixtus expresse id per illam suam constitutionem tunc declararet.

28. Ad secundam confirmationem. Respondeo, nihil inferri contra datam doctrinam: Decisio enim illa talis dicit, posse sine dispensatione Pontificis, sed non negat adhibendam esse dispensationem Prælatorum.

29. Hanc responsionem melius intelliges, si accideris Religiosos, ut modo n. 12. dictum est, habere privilegium, ut eorum Generales, & Provinciales possint dispensare suos professos illegitimos ad prælaturam. Item ergo privilegium habent Moniales, teste Rodr. t. 4. Reg. 13. art. 6. & 23. ut nimirum, si sint exemptæ, illi Provincialibus vel Generalibus, si vero sint non exemptæ, à suis Episcopis in hoc dispensari possint. Est enim communis doctrina, legem statuentem de Maribus tendi ad feminas, quando materia, de qua agitur, appertinet ad utroque. Hoc posito, jam clare intelligitur decisum fuisse, illegitimam posse esse Abbatissam in dispensatione Summi Pontificis; potest enim esse in privilegio, (non quidem ex vi juris communis) live Summi Pontificis immediata, sed semper cum Summi prælatorum dispensatione.

§ V. De legitimatione per rescriptum Principis.

1. Legitimatio concessa à Principe differt à dispensatione ab eodem concessa: hæc enim, secundum Mol. tr. 2. d. 172. n. præfert. §. Lotter. de Benef. l. 1. d. 2. d. à n. 116. alique ap. Covarr. de spons. p. 2. n. 8. §. 8. n. 5. de Sane de cens. d. 50. sect. 5. n. 7. relicta illegitimitate, habent potentiam hominem ad aliquem effectum, ad quem antea erat inhabilis, ut, si illegitimo concedat Pontifex, non possit ordinari. At legitimatio tollit omnino inhabilitatem unde fit absoluta, seu totalis, concedit omnes effectus qui legitimo solent convenire. Dixi (si est absoluta, licet nam potest princeps aliquem legitimare, sed velle, ut non omnes effectus conveniant sic legitimo, sed fecit Pontifex legitimando profectum in Religione; quæ tamen noluit, ut effectus acquireret Prælatum ea illi legitimationi conduceretur. Et Jura Civilia, quævis naturalem filium legitimant per subsequens matrimonium, tamen Sixtus Quintus noluit, ut haberetur effectum, tamen Sixtus Quintus noluit, ut legitimationem acquirere dignitatem Cardinalissimam, ut supra indicavimus. Merito ergo absolutam legitimationem

ut distinctam à dispensatione, sic Tuschus V. Legitimat. concl. .... cum aliis describit.

Et dicitur Principis quod, extincto impedimento illegitimitatis, restituitur quicquid primarum Natalibus, si ab ipsa sui conceptione fuisset legitimus.

2. Quoniam vero legitimatio cum sit favor Principis tollens impedimentum, est amplè interpretanda, dispensatio autem, quia remanente impedimento, restringit leges affigentes multos effectus tali impedimento, est strictè interpretanda, ideo valde diligenter sunt verba Principis perpendenda, ex quibus colligatur, an referri prout continetur legitimatorem totalem, an legitimatorem restrictam, an dispensationem.

3. Et quidem, si Princeps absolute dicat; *Legitimo te ad omnia*; & nihil addat, quod restringat, manifestè est totalis legitimatio. Si vero verba Principis prius significant legitimatorem, & deinde addant restrictionem, erit legitimatio quidem, sed non totalis, ut, si Princeps dicat: *Legitimo te prout ius, dummodo ad talem dignitatem non assumaris*; Vel: *legitimo te, sed talem effectum legitimatorem non habeas*. At, si verba eiusdem Principis in eadem oratione dent legitimatorem, & simul restrictionem, tunc erit dispensatio, ut si dicat *Legitimo te ad Beneficia, & dignitates, non autem ad Beneficia curata*. *Legitimo te ad Ordines tantummodo Minoris*, &c. Sed hæc minutius, lege apud Sanchez lib. 8. de matr. disp. 7. Mol. Covarr. Lotter. l. c. Suar. de cens. d. 50. sect. 5. à n. 7. aliosque.

4. Illud denique hic adverte diligenter, sed videndum latius apud citatos, cum Princeps sit alius secularis, qualis est pro hac re nostra Rex v. g. alius Ecclesiasticus, qualis est Summus Pontifex, adverte, inquam, legitimatorem, etiam absolutam concessam ab altero ex his Principibus non tollere omnes effectus illegitimationis, sed eos tantum, ad quos se extendit eius Principis auctoritas: neque enim legitimatus à Rege poterit ordines suscipere, quia Rex non est supra ius Canonicum, nec legitimatus à Pontifice poterit succedere in bonis, vel officiis temporalibus, extra loca ipsi Pontifici temporali iurisdictione subiecta.

#### §. VI. De Dispensatione illegitimi.

1. Emanante, ut modo diximus, illegitimitate, potest Princeps dispensare illegitimum, ut non obstante tali impedimento, aliquem, vel aliquos actus exercere possit, à quibus per illegitimationem erat arcendus.

2. Dispensatio autem, quamvis sit beneficium Principis; est tamen, ut modo item innuimus, stricti iuris, & odiosa, hoc est strictè debet intelligi. Ita Sanchez. l. 8. de matr. de i. n. 3. & n. 10. Suar. de leg. l. 6. c. 10. præf. n. 4. & c. 11. præf. n. 10. & pluribus ornat Tusch. V. legit. concl. 220. Meroll. l. 2. d. 4. cap. 6. à n. 38. Principis enim Beneficium tunc latissime interpretandum est, quando continet præiudicium solius concedentis, concediturque præter ius, non vero, quando conceditur contra ius, qualis est dispensatio, de qua nos loquimur, quæ conceditur relaxando iura lata contra illegitimos, quos ipsa iura irregulares constituunt.

3. Labor igitur noster in hoc §. erit, ut videamus, quæ restrictione, vel ampliacione (quando verba non sunt clara) intelligenda sunt eiusmodi dispensationes circa irregularitatem, de qua noster est sermo. Nec id melius effici posse video, quam subdendo sequentia, quæ ex data doctrina colliguntur; & adverte, hæc omnia usui esse, non solum pro dispensatione irregularitatis ortæ ex illegitimo Natali; verum etiam ex quocunque alio capite; hic tamen signate ponuntur, quia frequentius pro hoc capite peti, & concedi eiusmodi dispensationes solent.

*Signa dispensationis amplæ, vel strictæ.*

4. Primo enim dispensatus ad ordines (si nihil aliud Pars III.

addatur) intelligitur solum dispensatus ad primam Tonfuram, & ad minores. Ita Sanchez loc. cit. num. 27. Dico (si nihil aliud addatur) nam, si notum dispensanti fuerit, petentem dispensationem fuisse ordinibus Minoribus initiatum, intelligitur de omnibus Maioribus. Ita Sanchez ibid. secus dispensatio nihil operaretur, & esset inanis.

5. Secundo, dispensatus ad ordines, atque adeo, ut dictum est, ad minores, non ut habet idem ibid. intelligitur dispensatus ad Beneficia, quia, est res separabilis Ordo Minor à Beneficio, unde non sequitur, concedi hoc, si concedatur illud.

6. Tercio, Dispensatus ad Beneficium intelligitur solum dispensatus ad Beneficia simplicia, lege Barbos. de Pot. Ep. Alleg. 45. n. 7. Lotter. de Reg. Benef. l. 2. quæst. 48. num. 153.

7. Quarto, Dispensatus pari modo ad beneficium, non intelligitur, nisi ad simplex, non vero ad curatum, nec ad Canonicum, nec ad dignitatem Ecclesiæ Cathedralis. Ita ibidem ibid.

8. Quinto, Dispensatus ad Beneficia secularia non intelligitur dispensatus ad regularia, etiam si ipse fiat regularis, lege Samuel de cler. T. 2. d. 6. contr. 23.

9. Sexto, Universaliter dispensatus in uno aliquo genere determinato v. g. ad dignitates, non intelligitur ad Beneficium curatum. Ita Azor. p. 2. l. 6. c. 3. q. 10. Barbos. de potest. Episc. alleg. 45. num. 11. & 13. dignitates enim in Cathedrali, vel Collegiata non includunt curam animarum.

10. Septimo, Dispensatus ad dignitates, etiam si dicatur: *Dispensato te ad omnes dignitates*, non intelligitur ad Episcopatum Ita Azor. l. c. q. 8. Bard. l. n. 14. Episcopatus propriè non est dignitas, sed cultus dignitatis, licet, & probabile contrarium admitat, & certè merito, Mer. T. 2. d. 4. c. 6. n. 59.

11. Contra, Dispensatus ad omnes ordines intelligitur etiam de omnibus Sacris. Ita Sanchez. ibid. num. 26. Dispensatus ad ordinem superiorem v. g. Diaconatum intelligitur etiam de inferioribus v. g. de Subdiaconatu, non vero de superiore v. g. de Sacerdotio. lege Sayr. de cens. l. 6. cap. 11. n. 20.

12. Dispensatus ad Clericatum, seu, ut fiat Clericus, intelligitur ex Sanchez. l. c. n. 26. de omnibus Minoribus, licet intelligi solum de prima Tonfura teneant aliqui, ut Mer. T. 2. d. c. 6. n. 43.

13. Dispensatus ad ordines Sacros. Ita Sà V. disput. n. 14. Sanchez. l. c. n. 48. Meroll. l. c. n. 48. Castrop. T. 1. n. 3. d. 4. p. 9. n. 4. Intelligitur, etiam de Beneficio simplici, quia Ordo Sacer ex iure semper debet, ex Trid. sess. 21. de Ref. c. 2. conferri possit titulum Beneficii; habens enim Patrimonium, vel Pensionem, solum ex dispensatione Episcopi potest, & eodem Concilio, promoveri.

14. An dispensatus ad beneficium maius possit legitime suscipere beneficium minus v. g. dispensatus ad Episcopatum possit suscipere dignitatem Cathedralis Ecclesiæ, vel, dispensatus ad Archiepiscopatum possit suscipere Episcopatum, discrepant Doctores. Negant Sanchez. l. c. n. 32. Sayr. de cens. l. 6. c. 1. n. 22. p. 30. & 30. alique. Concedunt multi apud eundem Sanchez quos sequitur latè Præf. in man. de irreg. d. 2. p. c. 10. n. 19. Id videt latius apud dictum Sanchez. & apud Meroll. l. c. n. 66.

15. Sed adhuc quæres primo, an dispensatus ad Beneficium intelligatur dispensatus ad pensionem?

Respondet. Nobis, qui sustinemus probabile esse, supra cap. 6. §. 3. n. 10. Irregularem posse acquirere puram pensionem, etiam Ecclesiasticam facilis est huius quæstionis resolutio. Dicimus enim superfluum nobis esse quæreret, an dispensatus ad beneficium intelligatur dispensatus ad puram pensionem; Nos enim negamus ad acquirendam pensionem, opus esse dispensatione. In sententia eorum, qui id non admittunt, is quærat, cui ortum est id quærendi.

16. Quæres secundo, Si orator, id est is, qui petit dispensationem, postulat absolute dispensari sibi in defectu

O o 2 Natalium

Natalium, & Pontifex absolute respondeat: (dispensamus) quomodo interpretanda est huiusmodi dispensatio?

Respondeo. De rigore iuris strictè, atque aded ad unicum tantum actum, seu effectum, puta solum ad Ordines Minores, propter rationem modo *num. 2.* dictam, at de stylo Curiae, large, atque ad omnes effectus, quos Pontifex potest. Ratio est, quia Pontifex nunquam solet dispensare sic absolute (dispensamus) nisi, quando vult habitum reddere Oratorem ad omnes effectus, à quibus irregularis arcebat. Et sub hac distinctione interpretandi sunt *Suar. de cens. d. 4. l. 1. sect. 3. n. 3.* Sanchez *l. c. n. 28.* Castrop. *l. c. p. 10. n. 2.* Merol. *l. c. n. 47.* & alij, dum dicunt dispensationem absolute datam concedere omnes effectus.

§. V II. Quid exponere debeat illegitimus, quando petit dispensationem.

Vbi

De illa clausula (Dummodo incontinentia Præternaturalis imitator non sit.)

1. Quamvis, spectato iure, aliqua posset tacere Orator, seu postulans dispensationem Natalium, spectato tamen stylo Curiae, qui certè, ne in multis ambiguitates, & scrupulos involvatis, est observandus, scito hanc dispensationem non subsistere firmiter, nisi exprimat defectus, super quo dispensari debet, omnesque illius qualitates, quibus moveri Pontifex potest ad gratiam concedendam, negandamve. Quare exprimendum est, an parentes fuerint soluti, an coniugati, an Voto solemnium Castitatis adstricti, an per adulterium, vel sacrilegium ex utraque parte patratum, an per incestum ex affinitate, vel consanguinitate, & quo gradu. Ita *Pyr. Corradus in praxi dispens. l. 3. c. 1. Samuel. de elec. contr. 22. fol. m. 400.* Leand. de irreg. d. 4. q. 61. & 62. alique.

2. Addit *ibidem* Corradus, id etiam esse quododiendum ab iis, qui petunt dispensationem à suis superioribus regularibus, quando hi gaudent privilegio legitimandi suos. Sed *Leander loc. cit. q. 84.* probabile iudicat, tunc qualitatem illegitimationis non necessario explicandam, quia superiores regulares semper intendunt tollere absolute hanc irregularitatem ex quacumque tandem causa provenierit. Certè id probabile esse, insinuari nolo.

3. Huc per occasionem reducamus explicationem illius clausulae, quæ solet apponi in rescripto huius dispensationis, scilicet (Dummodo incontinentia præternaturalis imitator non sit.) Nec profecto alia explicatio requiritur, nisi, ut videamus, an conditionem importet, ita, ut, si ea non servetur, nulla sit dispensatio.

4. Respondeo. Mandosius de signat. Gratia super defectu natali. Vide etiam *Lotter. de re Benef. T. 1. l. 2. q. 48. n. 137.* dicit, non inducere conditionem; si enim esset conditio, infinita (inquit) dispensationes nullæ redderentur. *P. Præter loc. cit.* censet incontinentia, si sit notoria, dispensationem sub dicta clausula, fore nullam, nihilque Oratori favere, quia notoria incontinentia maximè est detestabilis Ecclesiae, at fore validam, ait, atque Oratori favere, si sit occulta.

§. V III. Quis dispensare potest in irregularitate ex defectu Natalium?

1. De Supremo Pontifice non est dubium. De Prælatibus Regularibus, & de Commissario Bullæ Cruciatæ innui supra *c. 15. §. 15.* Nunc ergo solum est de Episcopis agendum.

2. Dico primo, nec Episcopum, & consequenter nec Capitulum, Sede Vacante, nec Vicarium Generalem, &c. posse dispensare illegitimum ad ordines Sacros, nec ad Beneficia Sacros Ordines requirientia. Patet id ex universali doctrina, qua inferior non potest dispensare in lege superioris, &c.

3. Dico secundo, posse tamen Episcopum, cum ad primam cumque Aliquo timo fuit Dico. sic etiam ex capla demnata, ut item ad illa Beneficia simplicia, quæ non requirunt in accipiente, nisi primam Tonsuram, vel dicitur ex *de filiis Presbyter in 6.* ut communiter notatur à Doct. ribus, ut *Suar. de cens. d. 40. l. 1. §. 1. n. 2.* *Suar. de cens. d. 40. l. 1. §. 8.* *Lotter. de re Benef. T. 1. l. 2. q. 48.* Goges de Presbyteris, quatenus ordinem Sacrum ex infirmo ipsius Episcopi, non ex iure communis, sane, quia Episcopus potest tunc suo statuto ex causa dispensare, poterit item ex causa admittit illegitimum ad tale Beneficium.

4. Sic, quia sæpe id non advertunt Episcopi, illud moneo, quod alibi universaliter dictum est, nempe ad dispensationem expediendam circa disposita à iure debent multo magis adesse causam rationabilem, secus imitari esse, nec solum illicitam, ad eam enim, quæ sunt iuris canonici, non habet Episcopus absolutam potestatem.

5. Dixi (sua Dico. sic) ut notarem, suo familiari naturali, si is fuerit alterius Diocesis, non possit Episcopus hanc dispensationem conferre: sunt enim duo privilegia admittit illegitimum ad ordines, & dispensare eodem in Natalibus. Quare, quamvis Episcopus illud possit; non potest hoc, quia potestas dispensandi, non tendit ad diversa, quæ separata subsistere possunt, & separatis non fit illatio. Ita colligitur ex *C. ad iustitiam de Decimis.*

6. Non nego tamen, posse Episcopum huius Diocesis, admittit ad Beneficium simplex, cum, qui à suo Episcopo fuit dispensatus ad ordines Minores, nullo fuit rite initiatus, quia tunc impedimentum illegitimi sanguinis iam rite ablatum à suo Episcopo, quod hunc effectum fuit.

7. Ex dictis sequitur, posse ut vult *Barb. de p. Ep. p. 2. alleg. 45. n. 22.* Bellet. *disquis. Cleric. p. 1. tit. de dispens. Cler. §. 3. n. 27.* Episcopum dispensare illegitimum ad Canonicatum Ecclesie Collegiatæ, etiam indigne, non requirunt ordinem Sacrum, & dimidias portiones, & ad inferiora Beneficia Ecclesie Cathedralis, etiam si huius accessione sit adiuncta animatum cura: hæc enim sunt Beneficia ex se simplicia.

8. Contra, sequitur, non posse Episcopum dispensare prædictum ad Canonicatum Ecclesie Cathedralis, qui Tridentinum *sess. 44. c. 12. de Refor. his Canonibus* adnexuit ordinem Sacrum. Cum ergo Episcopus non possit dispensare illegitimum ad ordines Sacros, nec potest ad eiusmodi Canonicum. Imò puto ap. *Barb. l. c. n. 31.* & *Sayr. l. c. 15.* (quicquid cum *Prælat. c. alij* communiter dicant) etiam ante Trident. & nunc, ubi Tridentinum non esset receptum, non posse. Ratio est, quia, cum Canonici longe præstant Beneficiis simplicibus, & ceduntque proximè ad dignitatem, nam propterea à Canonici sunt de Concilio Episcopi, admittuntur ad eiusdem osculum, vocantur ab eodem fratres, eliguntur in Iudices Conservatores per privilegia Mendacitatem, iisdem committuntur rescripta Pontificia, &c.

9. Superfunt duæ difficultates. Altera, an cum illegitimo promotus ad ordinem Sacrum bona fide, post Episcopum dispensare, ad illum exercendum, & ad ultiores suscipiendos?

10. Respondeo. Quamvis *Navarrus lib. 1. Con. Tr. de filiis Presb. conf. 4. n. 2.* *Castri. l. 6. d. 6. de cens. q. 9. n. 12.* *Laym. l. 2. tr. 5. p. 5. c. 5.* alique concedant; tamen in ego, & *Suar. de cens. d. 40. l. 1. §. 1. n. 3.* acquiescere non possumus, quia bona fides æquè in hoc, atque mala, non tollit impedimentum illegitimi Natalis. Qua ratione ergo poterit inferior Papa illi dispensare? Contrarium tamen hoc est *Navari opinionem* non improbabilem esse, pro hoc est *Dian. p. 10. tr. 1. r. 24.* cui tunc ego suffragor, quando aliquam in viam significaverit, unde, ad probabilitatem hanc inveniendam, penetrare valeamus.

21. Dices. Ecclesia hunc ligatum bona fide Sacra

divinis non presumitur, nolle admitere ad ceteros?

Respondeo, id nihil aliud probat, nisi facilitatem obtinendae dispensationis à Summo Pontifice, non vero concessi nem potestatis dispensandi in Episcopo, nisi forte ex universali doctrina, quando necessitate urgente, aditus ad Pontificem haberi non possit. Sed in re, de qua agimus, quando tanta necessitas?

12. Altera difficultas. An Episcopus post Trident. possit dispensare ad Sacros Ordines, &c. hominem ex occultae copula illegitimum.

Respondeo. Ita putant nonnulli ut Piar. de irreg. q. 1. n. 331. Peyr. de Pr. l. Rel. q. 2. §. 5. 9. c. 143. Layman. l. 1. n. 5. §. 5. dicens, id esse probat. Gerunda de Episcopatu l. 2. d. 5. c. 2. n. 7. Cornelius, Avila, Pellicz. apud Dian. l. c. qui hanc sent. probal. item vocat, quia Tridentinum concedit Episcopis posse dispensare in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto: sed iam dicta irregularitas est ex delicto occulto parentum, ergo, &c.

13. Verum hic difficultas firmus nullo modo est, teste Suar. d. 50. de Conf. sess. 5. n. 5. Coninch. Nav. Castropal Dian. l. c. siquidem ex contextu Tridentini illud (ex delicto occulto) intelligitur de delicto proprio, non alieno.

## CAPUT XVIII.

## De Irregularitate ex Hæresi.

## §. I. Quinam, ratione hæresis, irregularitate afficiantur?

1. Hæresis formalis publicæ, ut item Apostasia, quæ dictam hæresim involvat, siue hæ sint commissæ à Clerico, siue Laico, directi in iure irregularitatem, nullus ignorat. Tunc vero est hæresis formalis, quando voluntarie negat aliquem fidei articulum, tunc publicæ, quando crimen est notorium, vel per evidentiam facti, vel per iudicis sententiam, vel per propriam confessionem in iudicio.

2. Per hæresim autem occultam, quamvis externam, admodum probabile est, nullam irregularitatem incurri (nam per solam internam nullam incurri, certum est ex alibi universali ter supradictis) Ratio dictæ probabilis est, quia iura semper loquuntur de publica, & ex alia parte, ut ad satisfactionem, sæpe monuimus, irregularitas non incurritur, nisi in casibus iure expressis. Ita Doctores non pauci ut Sayr. Avila, Hent. cum Laym. l. 1. tract. 5. part. 5. cap. 4. num. 21. aliisque cum Thef. V. Hæresis cap. 1. & Barb. in T. ident. sess. 2. cap. 6. de Reform. contra Sanctarellum, de Hæres. quest. 192. num. 67. aliisque apud Dianam part. 4. tr. 2. c. 46. & Castrop. l. 1. tr. 4. d. 4. n. 4. Quia Doctores advertunt ipsi hæresi annexam esse suam irregularitatem, etiam præscindendo ab infamia, licet Gibalino, de irreg. cap. 5. §. 2. aliisque ab ipso citatis placeat, non esse annexam, nisi ratione infamiae, quod non credo.

3. Nota, hanc irregularitatem, in quam labitur hæreticus, esse ex se perpetuam, ac durat, etiam post penitentiam, & etiam post dictæ hæresis abiurationem. Solum ex quodam Textu colligit Hurtadus loco mox citando Clericum conversum ab hæresi, licet non possit ascendere ad alios Ordines, posse tamen sine dispensatione suscipere uti. Sed id negat Cast. de Conf. d. 6. p. 39. §. 4. num. 2.

4. Aliqui ex prædictis Doctoribus dicunt, hanc irregularitatem incurri à Fautoribus, & Accipatoribus Hæreticorum. Sed G. Hurt. d. 2. de irreg. diff. 3. difficile indicat, hos esse prohibitos ordinari; Iura enim solum videntur eos reddere inhabiles ad Beneficia, & Officia publica, quorum nomine non venit Ordo, ut ipse ibid. probat, si quæ Bullæ in contrarium asserantur, eas non esse in usu, idem affirmat ex Avila. Id certe probabile est, quod etiam sequitur idem Gibalinus loc. cit. quest. 4. num. 11.

Part. III.

6. Inquires primo. An, qui sine interno errore intellectus, externè, & publicè hæresim præfert, incidat in irregularitatem?

Respondeo, Filliuc. tract. 20. n. 230. & propendit Castrop. d. 6. de cas. p. 19. §. 1. n. 4. aliqui teneant, non incidere, quia verè ut si non est hæreticus. Incidere, fustinet Sanctarellum cum communi, quia hic secundum forum externum, secundum quod iudicat Ecclesia, hæreticus est.

6. Mihi verior sit Filliucij sententia; neque enim odiosa sunt extendenda, sed potius restringenda, nam propterea suspensum de hæresi hac irregularitate nequam puniri merito docet Coninch. Sanch. & alij apud Dianam l. c. ref. 47. & 48. Castrop. Thesaurum V. Hæresis. 1. quia, neque hic est verè hæreticus, ut supponimus, quamvis sit de illa suspectus.

7. Ex dictis fit, ut nec primo, purus schismaticus, qui est ille, qui nullam habet admixtam hæresim, nec secundo, Simoniaci, ut vult Suar. de Rel. d. 1. tract. 3. lib. 3. c. 56. n. 18. & c. 58. n. 22. L. filius l. 2. c. 35. n. 136. in fine, quamvis in iure aliquando comparentur, propter Simoniam enormitatem, hæreticis, & quamvis sint suspensi, & excommunicati, nec tertio, Sortilegi, Variatores, Magi incutes pactum cum Damone, illumque coactos, invocantes, consulentes, nisi admixtum habeant errorem intellectus, atque adeo, nisi hæresi inficiantur, fit, inquam, ut hi, & similes non sint irregulares, quia non hæretici, quicquid dicat de ultimis Maiolus de irreg. §. 45.

8. Sed quid, si prædicti de hæresi suspecti cogantur à Sacris Inquisitoribus abiurare de vehementi, eruntne tunc irregulares.

Respondeo. Ita putat Azor. apud Dianam. p. 4. tract. 2. ref. 47. Verum Suarez Sanch. Sanctarelli. Sà, Villalobos, Garzias, apud eundem Dianam, aliique merito negant. Ratio est, quia ex una parte irregularitas est quidem imposita hæreticis, sed non abiurantibus illam, & ex alia, si quam infamiam ex suspicata hæresi aliquis contraxit, iam illam purgavit per abiurationem, sicuti purgantur suspiciones aliorum delictorum per purgationem Canonicam.

9. Confirmat primo Garzias, quia ita resolutum fuit in Rota.

Confirmat secundo, quia cum Prælati quidam abiurasset de vehementi, & postero die Missam sine alia dispensatione celebrasset, approbata fuit (inquit) eiusmodi actio à Summo Pontifice, & à tota Romana Curia commendata.

10. Ego puto, hæc rectè dicta esse, considerata dumtaxat suspitione hæresis, & sique abiuratione; cæterum si præter hæc addit infamia, siue facti, siue iuris in eo delicto, ratione cuius aliquis abiuret, evitari non potest irregularitas infamiae iuxta dicta cap. 10. §. 2. præsertim num. 18.

Obiter item hic scito, ad illud Decretum Urbani VIII. 1626. reddens inhabiles ad omnes gradus, & officia suæ Religionis Regulares Penitentiaros à Sacra Inquisitione, etiam si tempus penitentiae expleverint, exceptis tamen penitentibus salutaribus. Vid. id apud Lezanam p. 1. c. 15. §. 39. eiusmodi penitentias explicantem.

## Descendentes ab Hæreticis, an irregulares?

11. Non solum ille, qui in formalem hæresim, modo dicto, incidit, est irregularis, verum etiam eius descendentes, ut fert communis opinio, apud DD. mox cit. Descendentium autem nomine intelliguntur hic filij, etiam illegitimi, & filiorum filij usque ad secundam tantum generationem, quando pater fuit hæreticus, nam quando mater, intelliguntur solum filij. Adest tamen in hac communi sententia, quintuplex exceptio, nam primo, non comprehenduntur descendentes ab hæreticis, contra quos non processit probatio hæresis. Secundo, nec descendentes ab hæreticis emendatis, & iam cū Ecclesia reconciliatis. Tertio, non comprehenduntur filij nati post commissum

O o 3 delictum